fit ſimilis opp. in glo. quod ſi partes litigarent coram arbitris e
ctis in compromiſſo habēte certum terminum, vel coram iudice
delegato dato de communi cōſenſu partium, cum clauſula q in
fra certū tempus deberet cauſam terminare, illud tempus appo
ſitum iuriſditiōi vel cognitiōi de cōſenſu partium habet etiam
vim termini dati ad probādum. & ideò ſi actor infra illum ter
mum nihil probauit: licet alius terminus non fuerit ſibi datus ad
probādum, diceretur nihil probaſſe: & poſſet reus abſolui diffini
tiuè: in fine tamē termini. Et vlterius dicit Bald. in aut. ei qui. j. de
temp. appel. q ille terminus habet etiam vim termini citatorij ad
ſententiam audiendam. & ſic ſi feratur ſentētia vltima die vltima
hora termini, nō eſt neceſſe quod actor citetur ad ſententiam au
diēdam. & pro iſto dicto Bal. eſt dictum Innoc. expreſsè in c. [illegible]
per eo. de appel. Spec. clarius in tit. de ſententijs. § nūc videndum
ver. illud autem. quæ dicta tene mēti ſingulariter. Nō ſic ſi iſte
terminus nō eſſet appoſitus iuriſditioni de cōſenſu partiū. [illegible]
credo appoſuiſſe in d. l. admonēdi. de iureiuran. in repe. [illegible]
ci. In glo. ibi ſuper verbo [iudicij.] quęritur de tribus primò quid
operatur iſta abſolutio ab inſtantia iudicij? Reſpondeo quia [illegible]
lit omnia quæ pertinent ad ordinationē cauſæ: vt poſsit ad ſen
tentiam diffinitiuam veniri: videlicet dationem libelli: litis con
ſtationem; & iuramentum de calumnia. & ſic iſta pro non facta
habentur. & ſic virtute ipſorum non poteſt ad diffinitiuam pe
ueniri: in qua requirūtur quod acta præcedant valida; non tamen
tollitur ius actoris, quominus poſsit ipſum in iudicio deducere
dando nouum libellum. & iterum litem conteſtando. & de ca
lumnia iurando. & in hoc differt à ſentētia diffinitiua, per quam
reus abſoluitur à petitione actoris: & actor non poteſt iterū agere
re ſi ſententia tranſiuit in rem iudicatam, etiam ex inſtrumentis
de nouo repertis. vt l. ſub ſpecie. j. de re. iudi. Secundò quæri
tur. quid de effectibus productis poſt litis conteſtationem.
Nam per eam actio temporalis effecta eſt perpetuata ad quadra
ginta annos. Item res petita eſt effecta litigioſa: vt alienari non
poſsit. vt j. de litigioſis per totum. Item reus eſt conſtitutus
in mala fide ficta, vt ſic teneatur de fructibus perceptis
&

& percipiendis:an iſti effectus tollātur perempta inſtantia? gloſ. quòd non. Et eodem modo non tolluntur acta probatoria: puta examinationes teſtium: & inſtrumentorum productio. & ſic in nouo iudicio poterunt produci: & fidem facient ſine alia examinatione inter eaſdem perſonas. De his omnibus. vide plenius per Bartolum in l.cum lite mortua.ff.iudic.ſol. & l. ſecunda ſupra de edendo. & infra de fructibus & litium expen. l. ſecunda. & j. de præſcriptione longi temporis. In quibus omnino vide & per Innocen. in c.cauſam extrà de teſtibus. †Tertiò & vltimò quæritur an reus ſi non eſt liquidatum de iure ſuo, poſsit abſente actore liquidare? Breuiter dicendum ꝙ non: vt patet per iſtū tex. & ſic non poteſt peruenire ad diffinitiuam. hodie ſecus per auth.qui ſemel.j.quo. & quando iudex. Nā ſi poteſt hoc facere li. nō conteſta. fortius poſt. In vltima gl.ſuper verbo, [euacuabitur.] ibi, [actore abſente.] dic hoc verum cum ſe abſentat ante lit. conteſt. ita loquitur illa auth. ſi autem poſt. tunc poteſt reus eligere vel proceſſum. & viam iſtius.l.vel illius aut. non excedatur triennium. Illa enim auth. in hoc non tollit iſtam. l. ſed addit ſecundum Petr. & Dy. Non ſunt alia.

*Actor ſi eſt abſens, an ſufficiat generalis citatio quòd ueniat ad proſequendum litem, ut uirtute ipſius poſſit etiam ad ſententiam diffinitiuam perueniri ſine alia citatione?*

*Caſum quo uictus uictori non condemnatur in expenſis: ſed potius de condemnatione uictoris deducuntur expenſæ uicti.*

## §. Sinautem ex geſtis.

†Diuide iſtum. §. in tres partes: quia primò loquit quando fertur ſentētia in totum pro actore. vſq; ibi. [nullo penitus.] Secundò quando in totum pro reo præſente. vſq; ibi. [ſi vero aliqua.] Tertio quando partim pro actore & partim pro reo: quia in aliquibus condemnatur. & in aliquibus abſoluitur. & loquitur quando conſtabat ex actis quæ pars fouebat iuſtitiam, antequam actor ſe abſentauerit. In tex. ibi. [etiam abſente actore.] ſubaudi citato tamen ad ſententiam audiendam. vt not. ſ. eo. aut. iubemus in vlti. glo. aliàs nō valeret ſentētia etiam lata in fauorē actoris. vt no. in l. ea quæ in prima gloſ. j. quomodo & quando iudex. & l. furioſo. ff. de re iudi. ſed nōne ſufficiunt tres citationes, de quibus in §. præcedēti. vt virtute ipſarum poſsit ad ſentētiam perueniri diffinitiuam. Reſpondeo nō: quia illæ non ſunt ad hoc finem: ſed vt ipſe actor compareat ad proſequendam litem. & ad allegandum de iure ſuo: vnde requiritur alia citatio. per gloſ. in d. auth. iubemus. & per tex. in cle. ſæpe. ver. ſentētiam. de ver. ſigni. †Sed contra. quod ſi ſufficiat generalis citatio, quod veniat ad proſequendum litem: vt virtute ipſius poſsit etiam ad ſententiam diffinitiuam perueniri ſine alia citatione vt l. cōſentaneum. j. quomodo & quādo iudex. & in extrauaganti ad reprimēdam. in verbo de crimine, ſeu ſuper crimine. Sol. & tene mēti. verum quādo iudex in illa generali citatione cōminatus eſt ſe ad ſentētiam peruenturum ſi nō venerit: aliàs ſecus. vt no. gl. ſingu. in c. eum qui. de do. & cōtu. lib. vj. neque debet fieri tam generalis citatio niſi de dolo, quæ valde longè differt. & eſſet laborioſum & difficile ad ſingulos actus ipſum citari. & no. in c. cum cōtingat. de offic. deleg. & vide per Bar. in extrauaganti ſuper dicto verbo de crimine. †In text. ibi. [ad eandem litem.] ſubaudi ſi vult appellare. Sed hoc ſi fuit verus contumax: qui nō auditur appellans. niſi vere à iudice ſedente pro tribunali. & ita intellige quòd infrà ſequitur ibi. [eādem litem. &c. Et no. hic caſum in quo victus victori[a] non condemnatur in expēſis: ſed potius de condemnatione vincentis deducuntur expenſæ victi: quod declara in glo. ſuper verbo. [excipiendis.]

*Abſolui ad hoc ut abſoluatur, an requiratur eius petitio?*

*Quis iudex poſſit mittere executioni ſuam ſententiam?*

*Quando iudex alterius territorij mittit executioni ſententiam alterius iudicis, in bonis ſitis in ſua iuriſditione, debet hoc facere ad literas & requiſitionem iudicis qui ſententiam tulit.*

*Quid idem ſit quando fit miſſio ex primo decreto.*

*Quid ſi quis intentet actionem in factum?*

*An idem iudex teneatur parere, & ſi non paret, puniatur?*

## §. Sinautem reus.

†Reo abſente legitimè citato pōt actor præſens de iure ſuo liqdare, ſi prius nō erat liquidatū: & liquidatione facta pōt obtinere ſententiam cōdemnatoriam diffinitiuā: quæ mittitur executiōi vel ſuper re petita, vel ſup bonis rei abſentis per ipſum iudicē qui tulit ſentētiam, ſi ſunt ſub eius iuriſditiōe: vel per aliū ad eius reqſitionē in cuius iuriſditiōe ſunt, nec audit reus de proprietate vel de poſſeſsiōe niſi ſoluat, etiā ſi t velit ſatiſdare de ſoluēdo, vel de ſtando iuri. & ſi fuit reus verus cōtumax, nō appellat. ad iſta tñ ſentētiā reo abſente nō debet ꝑueniri niſi ꝓpè finē triēnij: ſicut nec ad abſolutoriā ab obſeruatiōe iudicij qñ actor abeſt: & reus eſt ꝑſens: licet ad abſolutoriā ab edicto vel inſtātia edicti bñ poſsit peruenire ante finem triēnij. h. d. vſque ad. §. [ſin autem alterutra.] Et primò dicit ꝙ eſt perueniendum ad diffinitiuam. & ad eius executionem vſque ibi. [cum autem.] poſtea circa hoc determinat duo dubia. an reus audiatur appellans. quo tempore poterit ad diffinitiuam perueniri. In princip. §. ibi. [ſinautem reus abfuerit.] ſubaudi poſt litem cōteſtatam. ſicut in ſuperioribus. §. aliàs non poſſet procedi ad ſentētiam diffinitiuam: nec de iure ffor um nec de iure. C. nec de iure auth. iuxta no. in l. præſenti. in gl. mag. §. qui ad eccle. cōfu. & l. conſentaneum. & auth. qui ſemel. j. quomodo & quando iudex. Nam prouiſio illius auth. locum habet quādo actor eſt abſens ante lit. cōte. & ſic emanauit in fauorem rei præſentis. nō ecōtra: quia fauorabilior eſt reus quàm actor. Et hoc voluit gl. & doc. in §. [& ſi quidē.] in vl. gl. ma. ſuper verbo, [euacuabitur.] in fi. In text. ibi. [& ſimilis eius proceſſerit requiſitio.] i. trina citatio: vt veniat ad proſequēdam litē: & tūc etiā erit alia citatio neceſſaria cum peruenietur ad diffinitiuā: niſi in præcedēti citatiōe iudex fuerit comminatus de peruenīēdo ad ſentētiam ipſo amplius non citato. vt dixi in §. [ſinautem ex geſtis.] In text. ibi. [eremodicium contrahatur.] in lit. deſerto quātum ad duos effectus: ſcilicet vt poſsit perueniri ad diffinitiuam ſi liquet de cauſa. & ſi nō liquet: vt poſsit liquidare actor præſens. & hoc erat de iure veteri vt l. & poſt edictū. ff. e. Et infrà ſubijcitur. [ſecūdū ꝙ veteribus legibus &c.] Et in hoc ſecūdo differt à caſu præcedēti quādo actor abeſt: quia reus præſens liquidare nō pōt, ſi nō erat liquidatū: nec peruenire ad diffinitiuā. vt in §. [& ſi qdē.] ſed in primo nō quādo erat liquidū. vt in §. [ſinaūt ex geſtis.] gl. tamē ſuper verbo. [abſentē.] videtur intelligere iſtū tex. vt poſsit perueniri ad diffinitiuam quādo erat liquidū. aliàs nō, ſed tūc iſte caſus nō differt à præcedēti. ꝙ nō eſt de mēti imperatoris. Pręterea hoc eſt cōtra tex. dum dicit. [ex vna parte cum ſubtilitate cauſam requirat.] i. liquidet. & ſic patet ꝙ pōt liquidare, & poſtea facere ſentētiam ferri.

a †In text. ibi. [etiam cōtra abſentem.] Iſta di-
b ctio etiam[b] cū ſit implicatiua, innuit ꝙ poſsit ferri ſentētia etiam pro reo. abſente, ſi fouet iuſtam cauſam. Nā & pro actore abſente poſſet ferri. vt in § [& ſi quidē.] fortius pro reo abſente. Sed cōtra: qa diuerſa eſt ratio nā pro actore abſente mirū eſt ſi pōt ferri: quia ipſe hoc petijt in ſuo libello: ſed reus abſens nō petijt, nec tūc petit: quomodo ergo poteſt ferri ſentētia pro eo, cū ſemper feratur ad inſtantiā partis petētis. & nō debet alter iudex procedere in ciuilibus. vt in §. [& ſi quidem.] & l. ad peremptorium. ff. eo. Reſpōdeo quātum ad hoc vt reus abſoluatur à petitione actoris nō requiritur eius petitio: ſed ſufficit petitio actoris: argu. in l. qui accuſare. §. de edē. quia actore nō probante lex imponit iudici neceſsitatem ꝙ reum abſoluat. & ſic ex officio hoc poteſt facere. Sed ſi reus aſſumpſit in ſe onus probandi. & quæritur an iudex poſſet declarare de iure iſtius: puta ſi agitur rei vē. ꝙ declarat ipm eſſe dñm, dico ꝙ iudex hoc facere nō poſſet reo nō petente: ſiue ſit abſens ſiue ſit præſens. ita no. in c. ex cōquæſtiōe. de reſti. ſpo. per Io. an. in nouella poſt Hoſt. licet Inn. dixerit contrariū. quem ipſi reprobant. & iſto modo debet intelligi quod no. per glo. in l. circa. ff. de prob. Solum ergo ſi non petijt poteſt ipſum abſoluere à petitione actoris: non autem declarare eum eſſe dominum. Sed quid ſi nō liquet de cauſa, nec poteſt liquere, an poterit reus abſens abſolui ab inſtantia iudicij. ſicut ecōuerſo quando eſt præſens, & actor abſens? illa glo. ſuper verbo. [abſentem.] vult quod ſic: ſed hoc verum quando propter ſuam abſentiam hoc cōtingit ꝙ de cauſa non poſsit liquidare: ſed contingit culpa actoris præſentis. aliàs non debet procedi ad abſolutionem ab inſtantia iudicij: ſed actor præſens mittitur in poſſeſsionem bonorum rei poſt litem conteſtatam ſicut ante. quia non debet eſſet deterioris conditionis, imò melioris: quia cùm miſsio fit poſt litem

a ¶Victus victori. An victus victori in criminalibus condemnet in expenſis. vide per Salice. in l. nō ignorat. in ſecundo not. C. de fru. & litis expen.

b ¶Dictio etiam. Adde Bar. in l. ſi tertius in §. officium. ff. de aqua plu. ar. & ſ l. etiā C. ſi tutor vel cur. in l. etiā. C. de fur. & in c. accuſatus. in §. de quæſtionibus. de hære. li. vj. & in cle. diſpendioſam. in fi. de iudi.

a ¶Puniatur. Adde & dic de hoc vt p Frã. de Arc. in ſuo conſil. lviij. col. iij. Cur.

b ¶Cõtumax non appellat. Adde l. ex cõſenſu. §. eũ q. ff. de appel. & per Arch. ij. q. vj. in ſumma.

c ¶Quod bãnitus debeat. Adde Nellum in tract. de banni.

conteſta. vel quaſi ex primo decreto, reus
poſtea veniens nõ auditur de poſſeſsione:
ſed de proprietate tantũ. & ſic de reo effici-
tur actor. & habebit neceſſe ꝓbare de pro-
prietate, vbi prius nõ habebat. Et iſte eſt ca
ſus in l. cõſentaneum. qui loquitur quando
erat verè conteſtata in actione reali. & in l.
ij. vbi in rẽ actio. quæ loquitur quãdo erat
fictè cõteſtata, ſeu quaſi. & de his tangitur
in glo. fi. ſuper verbo [audiatur.] In tex. ibi.
[ad effectũ perducatur.] id eſt, executioni mãdetur per officiũ
iudicis nobile. in quo nõ requirĩ libellus, nec lit. cõteſt. non per
actionẽ in factũ, ſeu iudicati, quę nõ habet paratã executionem.
vt no. in Spec. in tit. de execu. ſentẽ. §. nũc breuiter. In tex. ibi: [&
per res & facultates fugiẽtis:] hoc qñ agebaĩ actione perſonali
ad quantitatẽ. nã capiũtur bona condẽnati pro mẽſura debiti: &
nõ vltra. etiã iure veteri. & cõſtituitur pignus iudiciale. de quo j.
ſi in cauſam iudicati. in rubro & nigro. Sed illud quod capiĩ ex
primo vel ſecũdo decreto, nõ pro executione ſnĩæ diffinitiuæ di
citur pignus prætoriũ, & olim fiebat miſsio in omnia bona: ho-
die pro menſura debiti declarati. vt in auĩ. ei qui. j. de bo. auth. iu
di. poſ. & de hoc loquiĩ tit. j. de præto. pigno. Item primũ pignus
capitur, vt ſoluaĩ. ſecundũ capiĩ, vt ad iudiciũ veniat. & cauſam
defendat: ſed ſi agiĩ reali, fit miſsio in repetita. Item ſi perſonali
3 ad certã ſpeciem. †In tex. ibi. [ex ſua iuriſditione hoc facere po
teſt:] vt quia ſit ordinarius, & habeat bona ſub ſua iuriſditione,
& habeat territoriũ: & ſic familiã publicam, per quã poteſt exe-
cutionẽ facere: ſi autẽ ſit delegatus nõ poteſt exequi ſuã ſenten-
tiã: niſi ſit delegatus principis. vt in c. quærenti. de offi. deleg. ſed
remittit ad delegantẽ. vt hic in gl. ſuper verbo. [ad maiorẽ.] Idẽ
ſi ſit ordinarius, & nõ habeat territoriũ, nec familiam. vt rector
vniuerſitatis, vel officialis mercãtiæ. nã corũ ſentẽtiæ mittuntur
executiõi per poteſtatẽ qui habet territoriũ & familiã. quod dic
vt plenè no. in l. à diuo pio. §. j. ff. de re iudi. & no. de epiſ. audiẽ. l.
epiſcopale. in fi. in gl. fi. & no. per Inno. in c. cum ab eccleſiarũ. de
4 offi. ord. circa fi. †In tex. ibi. [ſiue per relationẽ ad maiorem iudi
cem.] iſte tex. cõmuniter allegatur. nec habemus meliorẽ. ꝙ qñ
iudex alterius territorij mittit executioni ſententiã alterius iudi-
cis in bonis ſitis in ſua iuriſditione, debet hoc facere ad literas &
requiſitionẽ iud. qui ſnĩam tulit. & aliter facere nõ põt. & hoc di
xit gl. allegãdo iſtũ tex. ff. ſi quis in ius voc. nõ ie. in l. ij. §. j. in j. gl.
Idẽ qñ fit miſsio ex primo decreto. & ſic per interlocutoriã, ſi bo
na nõ ſunt in territorio iudicis pronũciantis, pronũtiat: vt mittaĩ
in bonis vbicunq; ſitis. & ſcribit iudici in cuius iuriſditione bo-
na ſunt, quod ſnĩam interlocutoriã exequatur. vt in c. romana. §.
cõtrahentes. de fo. cõpe. lib. vj. Iſtũ articulum plenè examinat &
diſputat Spec. in tit. de exe. ſen. §. nũc dicendũ. verſi. ſed pone Iu-
dex Peruſinus. vbi omnino vide. propter hoc eſt vtile habere a-
ctionẽ in factũ: licet non habeat executionẽ paratã: quia illa põt
moueri corã quocũq; iudice: etiã ſine literis iudicis qui eã tulit.
vt l. argentarius. §. nomine pupillæ. ff. eo. Sunt etiã aliæ duæ vtili-
5 tates. de quibus in l. j. s. eo. †An autẽ alius iudex teneatur parere:
a & ſi nõ paret, puniatur:[a] tangitur hic per Cy. ſimiliter qñ vnus
iudex facere vult citari aliquẽ qui non ſit in ſuo territorio: ſed al
terius iudicis, nõ poteſt ad ipſum mittere nuntiũ: ſed debet ſcri-
bere ad iudicẽ in cuius eſt territorio vt faciat eum citari. vt in cle.
j. de re iudi. quod tamẽ declara. vt no. Bar. in l. j. ff. de requi. re. nã
Cy. diſputãdo videtur tenuiſſe cõtrariũ. quod poſsit mittere nũ-
tium per l. omnes. §. verũ ſi apparitor. s. de epiſ. & cle. ſed Bar. di
ſtinguit in prȩallegata. l. j. In tex. ibi. [fideiuſſores dare:] ſcilicet
de ſtãdo iuri: cũ iam ſit iudicatũ: vel de ſoluẽdo: quia debet ſolue
re: non fideiuſſores dare. & ideo actor remanebit in poſſeſsione
rerũ pignori captarũ quouſq; ſibi de debito ſatisfiat. ff. de re iud.
l. debitoribus. ſicut in cõuẽtionali pignore. ff. de diſtra. pig. l. iij.
nec obſt. l. ſi quis emptionis. §. pe. j. de præſcrip. xxx. annorũ. vbi
præſtãdo ſatiſdationẽ de iudicio ſiſti recuperat poſſeſsionẽ: quia
ibi loquitur in pignore prætorio, capto ex eo quia nõ ſiſtebat in
iudicio. vnde ſatiſdationẽ de iudicio ſiſti recuperat. nos loqmur
in pignore iudiciali capto: quia nõ ſoluitur: vnde nõ recuperaĩ
niſi ſoluatur. vt l. is cui. §. Imperator. & l. pecuniæ. §. j. ff. vt in poſ.
leg. & per hoc patet qđ tota gl. mag. ſuper verbo. [audiatur.] eſt
ſuperflua: qa allegat iura quæ nõ faciũt ad propoſitũ: cũ loquan
tur de prætorio pignore. Sed ſi pignus iudiciale eſſet iam datũ in
ſolutum actori, non audiretur reus volens etiam ſoluere per l. ſi
finita. §. poſtea. ff. de dam. infect. ſecundùm Pe. & Cy. licet quidã
contra. ſed non ſeruatur. imò quod s. dixi.

2 *Contumax uerus non appellat, & quis dicatur uerus contumax, & qui fictus, & quid ſi fuit citatus per edictum in ualuis palatij: & nu. 3.*
3 *Statutum q bannitus debeat infra menſem comparere: alias habeatur pro confeſſo, & poſſit condemnari: licet quis ſciat ſe bannitum, & fore citatum per ſtatutum, & non comparet, non denegatur ſibi beneficium appellandi.*
4 *Vera contumacia procuratoris, non tollit domino beneficium appellandi.*
*Iudex qui tulit ſententiam, debet admittere appellationem: licet dicatur per alteram partem non admittendam.*
5 *Maior contumacia eſt in non ueniendo ad iudicium, quàm in non ſoluendo, & non reſtituendo.*

1 ## §. Cum autẽ eremodicium.
†Iſte §. determinat duo du
bia circa præcedentes. §. primum eſt. quia videbatur ꝙ non poſ
ſet procedi ad diffinitiuam ſententiam abſente reo. cuius contra
rium dicebatur in præcedenti. §. vel abſente actore. cuius cõtra
rium dicitur in §. [ſinautem ex geſtis.] quãdo erat liquidũ de cã:
quoniam ad diffinitiuam nõ debet perueniri niſi cũ plena cauſæ
cognitione. vt in l. iudices. s. eo. ſed plena cauſæ cognitio nõ põt
fieri niſi præſentibus partibus. vt in l. fi. j. ſi per vim vel alio modo
pars enim abſens ſi foret præſens, aliquid fortè allegaret, ꝙ nunc
allegari non poteſt. Ad hoc reſpondetur ꝙ licet ſit abſens verè:
quia ſua abſentia non debet nocere præſenti, fingitur eſſe pręſens:
quia propter librum euangeliorum quę coram iudice exhibetur
illius abſentia dei præſentia repletur. Item poſſet dici fruſtratoria
eſt iſta ſententia: quia abſens comparebit, & appellabit, & irrita-
bit. quia non fuit auditus. Reſpõdetur ꝙ propter ſuã cõtumaciã
appellare nõ poterit. & ſic habet effectum ſententia. Not. primũ
2 dictum pro quo facit. c. j. de dolo & contu. li. vj. †Item not. ſecun
b dum dictũ. ꝙ cõtumax nõ appellat.[b] Cõtra hoc opp. de l. ab eo.
quomodo & quando iudex gl. ſoluit ꝙ ibi loquitur in ficto cõtu
mace, qui fuit citatus ad domum. & ad cuius notitiam citatio nõ
peruenit. hic verò ſi fuit citatus perſonaliter: vel ad eius notitiam
peruenit citatio: qui non auditur niſi veniat iudice ſedente pro
tribunali. Quidam alij vt Odoffre. & quidam alij tenuerũt quod
nullus contumax appellat. per iſtos tex. etiam ſi ſit factus contu-
max. nam hic loquitur indiſtinctè. & §. [ſinautem ex geſtis.] lo-
quitur de illo qui non fuit inuentus. & ſic fuit citatus ad domũ.
Sed glo. ſubaudit quod poſtea ad eius notitiam citatio peruenit.
& tali tempore ꝙ commodè potuit comparere aliàs non diceretur
verus contumax. Opi. gloſſ. communiter tenetur: & de his duo-
bus articulis quis ſit verus contumax: & quis fictus: & quis eorũ
poſsit appellare: plura hic tanguntur per Cy. & per glo. in l. Diuus
de in integ. reſti. ſeu in l. fi. & plenius per gl. in cle. j. de dolo & cõ
tu. Et adde quod verè contumax eſt ille qui eſt citatus per iudi-
cem perſonaliter, vel ad eius notitiam peruenit citatio per parti.
Sed ſi eſt citatus à lege, non eſt verus contumax: & non prohibe
3 tur appellare. vt not. in c. j. de ele. & hic tangitur per Cy. †Et idẽ
c ſi ſtatutum dicat quod bannitus debeat[c] infra menſem compare
re: aliàs habeatur pro confeſſo, & poſsit condemnari: licet quis
ſciat ſe bannitum, & fore citatum per ſtatutum, ſi non comparet,
non denegatur ſibi beneficium appellandi: quia non eſt citatus
per iudicem: ſed per ſtatutum. & ita reperio Bal. cõſuluiſſe. Item
tunc non poteſt appellare quando eſt citatus per nuntium. Si ve
rò per edictum poſitum in valuis palatij, vel eccleſiarum, poteſt
appellare infra. x. dies à die latæ ſententiæ. Et in hoc deterioris
conditionis eſt quam ſi non eſſet verus contumax: quia fictus cõ
tumax app. infra. x. dies à die ſententiæ: vt d. l. ab eo. quomodo &
quando iudex. Et ita reperio in deciſionibus Rotæ ſeruari in pa
latio apoſtolico. Item vera contumacia procuratoris non tollit
domino beneficium appellandi. l. ij. §. fi. cum ibi no. ff. quãdo ap
4 pellandum ſit. †Item iudex qui tulit ſententiam debet admitte
re appellationem: licet dicatur per alteram partem non admittẽ
dam: quia eſt verus contumax. nam hoc diſcutiendum relinque
re debet iudici appel. qui ſi reperiet hoc, pronunciabit nullo
fuiſſe appellatum ſecundùm doc. & vide Bar. in l. ex conſenſu. §.
fi. ff. de app. Opp. de l. creditor. & eſt l. fi. §. iuſſus. ff. de appel. vbi
5 verus contumax appellat. †Sol. vt in glo. ex quo no. quod maior
contumacia eſt in non veniendo ad iudicium: quàm in non ſol-
uendo: & non reſtituendo: quia prima impedit cognitionem &
diffi-

diffinitionē.& per cōſequens etiam ſolutionem:ſed ſecunda ſolum tardat ſolutionē.quod eſt minus præiudiciale.

1 **§.Huiuſmodi autē.** †Hic determinat aliud dubium,quando debeat ferri iſta ſententia.de qua in §.[ſinautem reus.] & in §.[ſinautem ex geſtis.] & dicit quod propè finem triennij.& ſic loquitur de ſententia diffinitiua duntaxat.hoc vult gl.j.& etiam alia ſuper verbo [condemnatio.] ſed interlocutoria ab obſeruatione iudicij pōt ferri etiam ante finem triennij ſcd̄m Bulg. pro quo videtur iſte tex.dum dicit[& abſolutione forſitan præſtetur pœnalis ſententia.]qui videtur loqui de illa abſolutoria:ſed in cōtrarium videtur tex.in §.[& ſiquidem.]Gl.ibi ſecundū Hug.ſubaudit & etiā hæc gl.quæ incipit[ex neceſsitate:]tamen ipſa glo.dicit inter reū actorem & abſentem.dic vt dixi in §.[& ſiquidē.]quia iſte text. loquitur tam de diffinitiua quàm de abſolutoria ab obſeruatiōe iudicij per quam lex moritur:vt non debeat ferri niſi propè finē triennij.vt hic.& in §.[& ſiquidē.]& tex.dū dicit[abſolutione.] intelligatur de abſolutione ab inſtantia edicti.q̄ quandocunque pōt ferri:quia per eā nō moritur lex.vt in l.& poſt edictū.§.circū ductio.ff.eo.tamen inquantum loquitur de diffinitiua lata cōtra reum abſentem,prout referť ad §.[ſinautē reus.]videť cōtra tex. in d.l.& poſt edictum.in prin.quia tunc q̄ñcunq; poterat ferri videtur dicendum q̄ iſte tex.corrigat illum.vel potius declaret, & limitet:quia ibi nō fit mentio de tempore & per hoc patet Gl.eſſe declaratas quæ videntur adinuicem contrariari.

*1 Quando fertur abſolutoria interlocutoria ab obſeruatione iudicij,quæ expenſæ ueniant abſoluendo illi abſoluto.*

*2 Ad hoc ut uictus uictori condemnetur in expenſis:an requiratur quòd fuerint petitæ in libello,uel in calculo ferendæ ſententiæ?*

*4 Iuſta cauſa litigandi excuſat ab expenſis,& qui ſi fuit iuſta cauſa litigandi in parte iudicij tantum?*

*5 Iuramentum de calumnia non excuſat ab expenſis uictoriæ.*

1 **§.Siue autem alterutra.** †Victus victoriᵃ condēnatur in expenſis legitimis.h.d.& ſemper allegatur ad hoc:& determinat vnū dubiū circa §.[ſinautem ex geſtis.] & §.[ſinautem reus.] qui loquunť q̄ñ 2 fertur diffinitiua.quo caſu eſt dare victum & victorē. †ſed quando fertur abſolutoria interlocutoria ab obſeruatione iudicij,non eſt dare victū quia quæſtio nō finit:tamē veniūt expēſæ nō ratione victoriæ ſed ratione cōtumaciæ.vt in §.[& ſiquidem.]in fi.de quibus etiam loquitur l.ſancimus.j.eo.Et etiā dare expēſas ratione temerariæ vocatiōis in ius.de quibus in l.eū quē temere.ff.eo.Itē ratione calūniæᵇ:ſi calūnioſè & malitioſè aliqua exceptio opponatur.vel omittatur.vel alia pars fatigetur laboribus & expēſis. vt j.de fruc.& lit.expē.l.non ignorat.& q̄ not.Cy.in l.j.s. vt quæ deſunt aduoca.partium. & de iſta materia quæ eſt ſatis longa dic vt in cap.prout.de dolo & contuma. per Canoniſtas. & in 3 Spe.de expenſis,per totū.†In tex.ibi.[& reddere eam pacti leſæ coarctabuntur.]hoc ſi fuit petitū.aliàs ſecus.vt in l.iij.§. hoc aūt iudiciū.ff.de dam.infecto.ſed Dy. dicit etiā ſi non fuit petitū per l.ædiles.§.Item ſciendum.ff.de ædili.edic.Cyn.& bene dicit q̄ nō requiritur q̄ hoc ſit petitum in libello:ſed ſufficit q̄ ſaltem in calculo ferendę ſententiæ petatur.& ita intelligitur ille.§.dicit enim quod ſufficit q̄ petat ſententiā pro ſe:quia cēſeť petijſſe q̄d̄ tam in principali quàm in expēſis.quod tene menti. Sed licet non teneatur iudex ſi non petit:poteſt tamen ex officio facere condemnationem in expenſis:poſtquam contigerunt in lite. 4 vt poteſt intelligi ille.§.Item ſciendum.†Ab iſtis tamen expēſis excuſat iuſta cauſa litigandi.vt in auť.de iudi.§.oportet & l. qui ſoldum.§.etiam.ff.de leg.ij.Et ſi fuit iuſta cauſa in parte iudicij & in parte non,pro tēpore quo fuit excuſatus,nō pro alio.vt no. Bar.in l.ſi quis inficiatus.ff.depoſiti.& l.deſtitiſſe.de iudi.& hoc quando veniunt iudicis officio mercenario.ſed ſi iure actionis, non excuſatur ab eis propter iuſtā cauſam litigandi.vt no.per gl. 5 ſingul.in l.ſi mulier.§.j.de leg.iij.& l.non ſolum.ff.de rei vēdi.† Iuramentum autem de calumnia non excuſat ab expenſis victorię ſed ab his que veniunt ratione calumniæ:q̄ non præſumitur calumnia qui de calumnia iurauit.vt l.iij.de iureiur. ff. vbi mulier non præſumitur calumniare propter iuramentum de calumnia. Et quod hic dicitur in eo qui ſuccumbit in diffinitiua.habet locū etiam in eo qui ſuccumbit in interlocutoria.vt j.de fruc.& lit.expen.l.non ignorat.& ibi per Barto.& de iſtis expenſis litis plenè Cy.tractat in l.ſancimus.j.eo.

*2 Iudex qui non audet cauſam expedire, dicitur habere miſerrimum animum.*

*3 Plus punitur maior quam minor.*

*4 Ille qui remouetur ab officio,nunquam amplius ad illud redire poteſt,intellige propter aliquod crimen.*

*5 An poſt lapſum triennij finiatur inſtantia,antequam ſit ſecuta abſolutoria ab inſtantia iudicij?*

1 **§.Sinautem vtraque.** † Hic incipit tractare quando contingit impedimentum ex parte iudicis,quo minus cauſa termineť infra triennium.& primò loquitur q̄ñ dolo vel culpa eius.vſque ibi.[ſinautem in medio.]poſtea quando caſu cōtingēte in eius perſona,ſiue ſuo dolo vel culpa. Et primo caſu dicitur hic q̄ iudex debet puniri:ſed nō declarat an tp̄s inſtātiæ currat gl.tenet q̄ ſic:tamen pars cui currit,vel ad cuius damnum,vt eſt actor:reſtituiť in integ.ſcd̄m gl.Tu dic circa primum ſcd̄m Iac.bu.aut loquimuř de tēpore præfixo actioni. & tunc ſi ſtat per iudicē quominus cauſa expediať,vel lis conteſtetur,tempus currit.& actionē perdit:tamen actor reſtituiť in inte. & recuperat actionē vtilē.vt in l.ſed & ſi per prætorē.in prin. ff. qui. ex cau.maio.etiā non in ſubſidiū:vt quia Iudex eſt ſoluēdo: & pōt ab eo dānū recuperari in ſyndicatu.Aut tempus præfigitur inſtātiæ cauſæ principalis:vt eſt hic.& tūc currit:& nō reſtituiť actor ad inſtantiam peremptā:niſi fortè in ſubſidiū.vt dicitur in pupillo:& minore.vt dicitur j.eo.l.circa fi.aut præfigitur cauſæ appellationis,vel eius proſecutioni:& tūc ſi ſtat per iudicem quominus expediatur,ipſo iure non currit.vt j.de appel.auth.ſi appellatione.vbi dicit nullum præiudicium ex hoc penitus fieri.Glo.tñ dicit quod currit mero iure: ſed reſtituitur & ita videtur ſentire Bar.dicit tamen reſtitutionem fiendam incidēter.& ſine libello: plus placet dictum Iaco.But.per illum tex.dum dicit nullū præiudicium.q̄ ſi curreret mero iure,non eſſet ſine præiudicio ſi nō peteretur reſtitutio.& vide hic omnino gl.in c.ex ratione.de appel.& in auth.vt ſpon.lar.§.& hoc quoque.& dixi circa princi.In tex.ibi.[accipere noluerit.]i.expedire.aliàs non inciperet currere triennium ſi à principio denegaret audientiā.& nō fieret litis 2 conteſt.† In tex,ibi,[miſerrimis animis.]Not.q̄ iudex qui nō au3 det cauſam expedire,dicitur habere miſerrimum animum. † In text.ibi.[ſi autem iudex minor.] Not.quod plus punitur maior quam minor.facit.l.præsbyteri.in ratione ſui.de epiſ. & cleri. q̄a ab eo cui plus cōmittitur plus exigitur. vnde dicitur q̄ potentes delinquentes potenter patiūtur,& plus quàm alij. q̄ no.q̄ prin4 cipes qui ſuperiorem non habent plus puniantur à deo.† In tex. ibi.[remouendo]ſi.no.q̄ ille qui remouetur ab officio nūquam amplius ad illud redire poteſt.vt no.in l. mancipia.j.de ſeruis fugi.per doct.per tex.in auť.de armis.in fi.col.vj.& j.de libe.& eorum lib.l.ij.& ibi per Bal.in fine.In gl.ibi.l.[præſbyteri.]de hoc 5 dic per Cyn.in l.nemo.s.de ſum.trini.† In ea.ibi.[finitur inſtantia.]iſta diſtinctio non procedit retenta opi.Cy.& Pe.qui tenuerunt quod per lapſum triennij non finiatur inſtantia niſi ſecuta abſolutoria ab inſtantia iudicij:vt ipſi no.in §.fi.huius.l.ſed cōis opinio eſt in contrarium per illum.§.dum dicit à cauſæ deciderint.& per l.cùm lite mortua.ff.iudi.ſol.& hoc tenet Io. And.in addi.Specu.de iud.deleg.§.reſtat.& dicit Albe.quòd cum haberet iſtum caſum de facto volebat defendere opi.Petr.coram magnis & peritiſsimis viris.& non potuit obtinere:quia fuit pronūtiatum ipſo iure inſtantiam peremptam.

a ❡Vict⁹ victori. Adde l.eum quē temerè. ff.de iudi.c. calūniā. de pœnis.c.finem litibus.de do.& cōtu. gl.in c.vlti.de maio. & obedien.

b ❡De calūnia. Adde de hoc & dic vt per Alex.de Imo.in l.ij. in prin.ff.de iureiu.p Bar.& Bal. in auth. generaliter.C. de epi. & cle.per l.amphrā. de brixia.in repet.c. q̄m contra extra de probatio.Cur.

*2 Si ſuperior iudex uetat inferiori quòd de tali cauſa amplius non ſe impediat an finiatur inſtantia?*

*3 Quid ſi in delegatione ponatur clauſula quòd debeat cauſam infra ſex menſes expedire & non expedierit,& propter hoc alteri committatur ſimpliciter an uideatur commiſſa ut infra idem tempus ex integro dando expediat.*

1 **§.Sinautem in medio.** †Si iudex pendente inſtātia moriatur,vel mutetur ſucceſſor debet cām expedire infra annū:ſi tantū ſupereſt de tp̄e 2 inſtantiæ:alias debeat ſibi ſuppleri vſq; ad annum.h.d.† In gl. ibi [ſoluitur tamen.]vt ſic pereat inſtantia.& eius virtute nō poſsit ad diffinitiuam peruenire.vt in caſibus legum quas gl.allegat inter quas eſt l.iudiciū.ff.eo.per quā patet ſecūdū hoc q̄ ſi ſuperior iudex vetat inferiori q̄ de tali cauſa amplius nō ſe impediat,finiť inſtantia:nō aūt ad ipſum ſuperiorē deuoluitur.Aliud eſt q̄ñ à ſe

a ¶ Exprimere cãm. De hoc adde. vt per Alex. & doc. in l. Iulianus. ff. de cõdi. indebi. & in l. præſes. ff. de pœn. Et adde an & qñ libellus alternatiuè concludit: vt puta qa dicit ꝙ emphyteuta cecidit à iure ſuo ꝓpter canonẽ nõ ſolutũ: vel ꝓpter nõ petitã inueſtiturã infra tp̃s. iuxta cap. j. quo tẽpo. miles quo caſu talis libellus ꝓcedit. iuxta notata ꝑ Bald. in l. gallus. §. ſi ei⁹. ff. de li. & poſth. tunc an iudex teneaẽ exprimere ĩ ſn̄ia cãm cõdẽnationis. Et dic ꝙ ſic. ſaltẽ per dictionẽ maximẽ: iuxta notata ꝑ Iac. but. in l. ij. §. ignominiæ. de his q̃ not. infa. & ita ſentit hic Are. de quo vide ꝑ Ant. de bu. de reſt. in integ. q̃ hãc practicam dãnat. & addeq̃ qñ q̃s petit recurſũ ad arbitriũ boniviri, opus eſt ꝙ in libello exprimaẽ cauſa læſionis: aliàs nõ ꝓcedit. ita Bal. in l. j. j. de his quæ pœn. no. Idẽ qñ ferẽ ſn̄ia ĩ cõceſſum. ita Ang. in l. ij. j. quo. app. nõ reci. allegãs Inn. in c. romana. extra de app. Et idẽ qñ petiẽ reſtitutio in integrum. ita Bal. in l. eos. j. de appellatio. Cur.

cauſam abdicat. vt in c. intimaſti. de app. qa tunc trãſit in eodẽ ſtatu: & hoc frequenter facit ſummus põtifex. & ſic cauſa deuoluiẽ ad cancellariã. & per præſidem alteri com-
3 mittitur in eodẽ ſtatu. † In glo. ſequenti ibi. [ff. e. l. ſi iudex.] ibi ſoluitur multis modis: veritas eſt ꝙ loquitur de tẽpore præfixo iuriſditioni: & loquitur de iudice delegato: quia ſi cũ clauſula ꝙ debeat cauſam infra ſex menſes expedire: nõ expedierit propter hoc alteri cõmittitur ſimpliciter, ſine cõmemoratione tẽporis videtur cõmiſſa: vt j. idẽ tempus ex integro dãdo expediat: hic loquitur de tẽpore præfixo inſtantiæ de iudice ordinario: in hoc tamen illa lex recipit ſuppletionẽ per iſtũ tex. vt ſi in delegatione ſit appoſitũ maius tẽpus, nõ debeat egredi inſtantiã tẽporis triẽnij ſecundũ Doc. Certè qñ apponiẽ tẽpus in delegatione, etiã ſi ſit maius triẽnio, durabit inſtãtia quouſq; durat iuriſditio: ſicut qñ apponereẽ in cõpromiſſo arbitrorũ. ita ſentit Spe. in tit. de arbi. §. excipitur. circa fi. Sol. ergo ꝙ ibi in tẽpore præfixo iuriſditioni: & in iudice delegato. hic in tẽpore præfixo inſtantiæ: & in iudice ordinario. In gl. ibi. [quod nõ placet:] ſcilicet ꝙ nõ habet locũ in annali: quia imò ſine dubio põt in eo locum habere: cũ ſucceſſor habeat annũ pro ſua iuriſditione. vnde ſi tantũ * ſuper erat de inſtantia poteſt cauſam expedire & ſi tantũ * nõ ſupererat, ſuppletur vſq; ad illud tẽpus: & idẽ erat. & ſic nullũ incõueniens reſultat: ſed in iudice ſemeſtri. Gl. videtur tenere ꝙ nõ habeat locũ: quia ſic nunquã peribit inſtãtia. nã cum quilibet ſucceſſor debeat habere annum, & nullus duret anno, nunquã finietur. Cy. tenet contrariũ: quia oẽs ſucceſſores habebunt ſolũ annum, & non plus. arg. de leg. iij. l. fideicõmiſſa. §. ſi quis decẽ. quia tẽpus ſemel ſuppletum amplius nõ ſuppletur. vt in l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. ff. qui. ex cau. maio. Gul. de ſuza. vt refert hic Bar. tenuit nõ habere locũ iſtũ tex. in iudicibus tẽporalibus, vt debeat aliqua ſuppletio fieri: imò dicit ꝙ ſucceſſor cẽſetur idẽ cũ prędeceſſore: & tẽpus quod ſuperat prædeceſſori: datur ſucceſſori. & nõ plus. quaſi ſit idẽ iudex: & dicit ſibi placere hanc op. & ſic tenet opi. primã. ꝙ loquaẽ in iudicibus perpetuis, nõ tẽporalibus. quantũ ad id quod dicitur de ſuppletione: & ita videmus ſeruari. nã ſi tẽpore quo finitur officiũ poteſtatis, nõ ſupererat niſi modiũ tẽpus inſtantiæ poſt aduentũ ſucceſſoris debet eã expedire infra illud modicũ. aliàs perit. & ita videmus ſeruari de facto.

2 *In ſententia quando debeat exprimi cauſa?*
*An cauſa ſit exprimenda in libello?*
3 *Aduocatus qui ſemel ſumpſit cauſam, non poteſt eam derelinquere ſine iuſta cauſa, & poteſt compelli officio iudicis ad proſequendum.*
4 *Si lite pendente clientulus non ſoluit aduocato à labore ſuo, poteſt aduocatus officium iudicis implorare, & ipſum compellere ad ſoluendum: & poteſt clientulus eum mutare, & alium loco eius accipere.*

1 **§. illo proculdubio.** † Hic loquitur quando cauſa nõ expeditur infra triennium propter defectũ aduocatorũ vnius vel vtriuſq; partis: quo caſu puniũtur: & fertur interlocutoria ab obſeruatiõe iudicij expreſſa cauſa: ſed ſi aduocatus habuit iuſtã cauſam nõ proſequendi: quia cliẽtulus nõ ſoluebat ſibi de labore ſuo, prouideẽ hic ꝙ Iudex ex officio cõpellat ipſum ad ſoluendũ: ne cauſa differat. h. d. Debet ergo aduocatus petere hoc. & nõ ꝑmittere ꝙ tp̃s labatur: quia ſibi eſſet imputãdũ. In gl. ibi: [ſentẽtia, qua condẽnat patronos.] hoc placet: quia nõ debet condemnare patronũ niſi ad pœnã de qua hic niſi dicat ob quã cauſam facit hoc: ſequẽs non placet quoad iſtum text. quia non habet neceſſe in abſolutoria obſeruatione iudicij dicere ꝙ iſta ſit perempta culpa patroni. ſed ſufficit dicere ꝙ perempta ſit vt no. gl. dũ dicit [abſoluit, vel abſolutas declarat.] nã prima habet locũ qñ abſoluit prope finem triẽnij. & ſic antequã ſit perẽpta inſtãtia. Scđa verò qñ abſoluit ea perempta. nam hoc facere põt *. vt in l. fi. vt infra certũ tẽpus
2 & dixi in §. & ſi quidẽ. ſ. eo. l. † In gl. ibi [inſerere cauſam in ſentẽtia.] dic ꝙ in ſentẽtia cõdemnatoria ſi præceſsit petitio, vel accuſatio, nõ expedit inſerere cauſam: quia cẽſeretur ex cauſa deducta in petitione: & ſentẽtia referatur ad petitionẽ, & ad acta. vt in l. ait prætor. §. j. ff. de re iudi. Sed ſi nõ præceſsit petitio: quia cõdẽnat ex officio, debet exprimere cauſam. vt hic ſcđm primã expoſitionẽ. In ſentẽtia verò abſolutoria q̃ põt ferri ex pluribus cauſis vel ab obſeruatione iudicij, vel propter libellum malè conceptũ vel diffinitiue à petitione actoris, debet iudex exprimere cau-
a ſam. ne fiat interpretatio vltra intẽtionem eius: quia ſi vult abſoluere ab inſtãtia iudicij: vel quia libellus ſit malè cõceptus, nõ debet abſoluere ſimpliciter: ſed exprimere. aliàs præſumereẽ abſolutus diffinitiuè: quis actor nõ probauit: & ſic fieret præiudiciũ actori ſi ſentẽtia trãſiret in rẽ iudica. Et de iſto articulo an cauſa ſit exprimẽda in libello. tãgitur in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. ob. & in c. ſicut. de re iud. Similiter ſi vult augere & minuere pœnã, ita ꝙ videaẽ ex infamia diſpẽſatum ſcđm materiã l. gl. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de infa. aliàs nõ cenſetur diſpẽſatũ. vt ibi no. Quid aũt ſi exprimit cauſam, & illa nõ ſit vera, an reddatur ſentẽtia nulla? dic vt no. ꝑ gl. & doc. in l. ſi is adquẽ. de acqui. hær. ff. & ſi eſt appellatũ, põt reformari ex alia cauſa me-
3 liori. vt in l. Titianus. & ibi no. ff. ꝙ cum eo. † Itẽ no. in ver. [neceſſitate.] ꝙ aduocatus qui ſemel ſumpſit cauſam, nõ põt eã derelinquere ſine iuſta cauſa: imò põt cõpelli ex officio iudicis ad proſe-
4 quendũ. vidi tamen per quoſdã fieri cõtrariũ. † Itẽ no. in ver. [honorarijs.] quod lite pẽdente ſi cliẽtulus aduocato nõ ſoluit de labore ſuo: põt aduocatus officiũ iudicis implorare, & ipſum compellere ad ſoluendũ: ſed ſi cliẽtulus vult ipſum mutare: & alium loco eius accipere põt, ꝙ not. quia in hoc clientulus eſt melioris cõditiõis quã aduocatus, cum poſsit aduocatũ derelinquere, & aliũ aſſumere: etiã ſine alia cauſa: & tamẽ aduocatus nõ põt eũ derelinquere, dicit tñ glo. ꝙ tũc qñ mutat aduocatũ, licet nõ poſſit cõpelli iudicis officio ad ſoluẽdũ primo: poterit tamẽ de ſtricto tẽpore cõpelli iure actionis. vt in gl. quæ incipit. [tunc enim.]

2 *Tempora iudiciaria. quod etiam hodie currant minori.*
*Inſtantia, an ipſo iure finiatur per lapſum triennij?*
3 *Per abſolutoriam ab obſeruatione iudicij, uel peremptionem inſtantiæ non perit ius actoris nec actio.*
4 *An dicta teſtium quæ non pereunt, faciant fidem in alia inſtantia: abſque eo quod examinentur de nouo?*
5 *An tẽpus triennij (de quo in iſta lege) habeat locum coram arbitro iuris: & nume. 6.*
6 *Quid ſi compromiſſum ſit de iure & de facto, ſeu tanquam in arbitratorem?*
7 *Poteſt cauſa delegari à principe, ut expediatur longiori tempore quam ſit tempus inſtantiæ.*

1 **§. Hæc autem omnia.** † Pupillo, vel minori currit tp̃s inſtãtiæ: etiã ſi interueniat culpa tutoris, vel curatoris: tñ cõtra illos ſuccurriẽ minori ad intereſſe: & ſi nõ ſunt ſoluẽdo, reſtituiẽ in inte. cõtra aduerſa-
2 riũ. h. d. No. hic. & ad iſtud ſemꝑ allegaẽ. ꝙ tp̃a † iudiciaria currũt minori hodie: ſicut olim. nõ obſtãte. l. fi. ſ. de tẽp. in inte. reſti. vbi diciẽ ꝙ tp̃a quæ olim currebãt: & dabaẽ reſtitutio, hodie ipſo iure nõ currũt. Nã fallit hoc in tp̃e iudiciali: puta inſtãtię primę cauſæ. Idẽ in inſtãtia cauſæ appellatiõis & ĩ tp̃e dato ad ap. vt no. gl. in l. fi. ſ. ſi aduer. rẽ iudi. & Bal. in l. fi. in q̃bus cau. ĩ int. reſt. nõ eſt neceſ. Pe. dicit ꝙ nulla eſt fallẽtia: qa illa loquiẽ qñ in tp̃e ꝙ currebat etiã dabaẽ reſtitutio nõ eſt neceſſaria: tñ in illis nõ immutat illã. l. certè, imò dabaẽ in ſubſidiũ. vt hic. tene ergo. ꝙ primo dic. & cõiter ita dicimus. Itẽ iſte tex. dũ dr [& à cauſa deciderit.] allegaẽ cõtra Pet. prout exponiẽ cã. i. inſtãtia. ꝙ inſtãtia ipſo iure finiatur per lapſum termini triẽnij: ſed ipſe ſubaudit nõ ipſo iure: ſed
3 per ſn̄iam abſolutoriã. † Itẽ dũ dicit. [litem quidẽ &c.] No. ſcđm expoſitionẽ gl. ꝙ per abſolutoriã ab obſeruatiõe iudicij, vel peremptionẽ inſtãtiæ nõ perit ius actoris, nec actio: & ſic poterit in alio
4 iudicio intentari. † Sed quærit gl. ſuper verbo. [vigorẽ.] an dicta teſtiũ q̃ nõ pereũt. vt no. ſ. ea. l. §. & ſi quidẽ. poterũt ꝓduci in alia inſtãtia: & faciãt fidẽ abſq; eo ꝙ examinẽtur de nouo. Gl. tenet ꝙ debeãt iterũ examinari: niſi fuerint mortui: qa tũc crediẽ examinatiõi primæ ꝑ. l. fi. j. de teſtibus. Doc. tenẽt ꝙ ſi atteſtatiões erant publicatę. i. autẽticatę manu notarij, etiã ſi viuãt, nõ ſint amplius examinãdi: ſed poſsit ꝓduci corã alio iudice ẽt iter eaſdẽ perſonas ꝑ l. geſta. j. de re iudi. al's ſecus. vt no. ĩ l. ij. ſ. de edẽd. Nec ob. l. ſi. de

de teſti.quia iſta loquitur in atteſtationibus receptis corā arbitro:
quia nō faciunt fidē coram iudice,niſi ſint mortui.Et ſic debent
examinari de nouo.Secus in receptis corā iudice.& ita tenet In-
no.in c.ſignificauit.de teſti.eſt caſus.in c.fi.de proba.& ibi etiam
per Inn.& Bar.in l.fi.de teſtibus.Vltimò oppo.in gl.fi. quod re-
ſtituatur etiam nō in ſubſidiū per l.etiam ſuprà ſi tutor vel cura.
interuenerit:quia remedium ordinarium actionis tutelæ vel ne-
gotiorū geſtorū nō poteſt cōcurrere cum extraordinaria reſti.in
integ.cōtra diuerſas perſonas.& eſt electio ipſius minoris.& ad
hoc allegātur illæ ll.Solu.Speciale eſt hic propter rigorē iudicio
rū vt denegetur reſtitutio:præterquā in ſubſidiū.dicit Pe.ꝙ non
eſt ſpeciale:ſed eſt dicēdū ꝙ aut per reſtitutionē in integrū nō cō
ſequitur aliud quàm illud ꝙ pōt cōſequi per actionē.& tūc non
datur reſtitutio niſi in ſubſidiū.& ita loquit̄ hic: qm̄ à tutore vel
curatore cōſequitur intereſſe.& illud idem cōſequit̄ per reſtitu-
tionē in integ.aut poteſt cōſequi aliud puta rem ſuā,vel ſibi de-
bitam.Sed per actionē nō niſi pecuniā.& tūc loquunt̄ ll.cōtrarię.
Aduerte quia Pe.ſentit ꝙ hic nō reſtituatur ad curſum inſtātiæ,
ſed ad pecuniā,& ad intereſſe.hoc eſſet valde abſurdū & iniquū:
ſi minori currit inſtātia,vel tempus eius quod aduerſarius ſuus
qui in nulla culpa fuit,teneatur ſibi ad intereſſe mediāte reſtitu-
tione in integ.& hoc nō cōſiderauit Pet.neque doc.vnde nō pu
to ipſum bene intellexiſſe.Sed intelligo hic ꝙ reſtituitur ad inſtā
tiam peremptam,vt poſsit eam proſequi:& reſtituitur per vim:
ac ſi nō eſſet perempta:& tūc propter rigorē iudiciorū nō dat̄ iſta
reſtitutio:niſi in ſubſidium,ſi nō poteſt intereſſe recuperat à tuto
re,vel curatore:& ſic videtur debere intelligi.l. arbitrio. §. dolo,
6 cuius.ff.de dolo.† Vltimò quærit de vna quæſtione, quā format
Cy.in §.ſinautem in medio.an tempus,de quo loquitur iſta l.lo-
cum habeat coram arbitro iuris:ſicut habet locum coram iudice
ordinario,vel delegato.vt ſ.poſt princ.huius l. Breuiter aduerte
ad tres caſus.nam aut in compromiſſo fuit appoſitum maius tē-
pus quàm ſit tempus inſtantiæ.& ita ſentit Spe.licet Cy.non alle
get in ti.de arb.§.excipitur.circa fi.aut apponitur minus tempus
& tunc puto illo tempore finito finiri inſtantiam.Nec ob. ꝙ dixi
in princ.huius.l.quando in delegatione eſt appoſitum minus tem
pus:quod licet finiatur iuriſditio,nō finitur inſtantia: ſed deuol-
uitur in eodem ſtatu ad delegantem:quia non ſic geſta corā ar-
bitro deuoluuntur ad iudicem: ſicut geſta coram iudice deuol-
uuntur ad alium.vt ſ.dixi.de atteſta.aut in compromiſſo nō fuit
appoſitum tempus.& tunc procedit quæſtio.quo caſu dic ſecū-
dum Spec.in loco præallegato.& Cy.hic & Bal.in l.falſo.ſ.de di
uer.et tem.preſcript.ꝙ ſi partes nō caperent coram arbitro, & nō fuerūt
lit.conte.& ſic non eſt cœptum tempus inſtantiæ: compromiſsū
durat coram arbitro.tanto tempore quanto durat coram iudice:
& ſic triennio de iure communi.& ita debet intelligi glo.quæ eſt
in l.Item ſi vnus.§.ſi multo poſt.ff.de arbit. Et ſi per ſtatutū eſſet
minus tempus,durabit.tanto tempore.& prædicta in arbitris iu-
ris.coram quibus proceditur ad inſtar iudiciorum.vt l.j.ff.de ar-
bi.vt ſunt illi qui habent pronuntiare de iure tātum: quia ita fuit
actum:& etiam procedere in vno:tamen eſt differētia inter arbi-
trum & iudicem:quia ſi arbiter pronuntiaret cōtra ius.& ſic cō-
tra formam compromiſsi,nō valeret ſentētia ipſo iure:nec com-
mitteretur pœna ſecundùm Bart.qui ita not.in l. diem proferre.
§.ſi.ff.de arbi.& dicit ſe ita conſuluiſſe:ſed ſententia iudicis la
ta contra ius:non tamen expreſſo errore iuris, valeret mero iure
licet etiam ipſe teneatur de iure pronunciare:quia in arbitrio ſuo
relinquitur,melius & iuſtius ſibi videtur.vt j.eo.ti.auth.hodie.
Sed ſi ſit compromiſſum de iure & de facto,ſeu tanquam in ar
bitratorem tūc quanto tempore duret poteſtas arbitrādi. Bart.in
l.ſi quis arbitratu.ff.de verb.ob.dixit quod durat anno per l. fin.
§.ſed & ſi quis.j.communia deleg.Bald.ipſum reprehēdit in mul
tis locis:dicēs ꝙ eſt alia:ꝙ talis ratio & poteſtas durat perpetuò.
Sed in c.j.de l.corradi.in vſibus feudorum.diſtinguit melius: ꝙ
aut fuit compromiſſum de lite vertēte:vel quæ ſperatur moueri
inter partes: prout communiter fit.& tūc talis arbitrator eſt ad
inſtar arbitri:quia poſitus ad quæſtionē decidēdam:ideo decidē
dum eſt idem quod ſ.dixi in arbitro ſine tempore aſſumpto.Aut
fuit compromiſſum nō de lite:ſed de contractu: puta vēdidiſti
pro pretio declarando per Titium: vel fecimus ſocietatem pro
partibus per Titium declarādis. vt in l. ſi quis ſocietatem.ff.pro
ſocio.& tunc poteſt ſuſtineri dictum Bar.quod per lapſum anni
finiatur poteſtas arbitrādi per illam.l.finalē
§.ſed & ſi quis.quę loquit̄ dicto caſu:quaſi
partes videantur renuntiaſſe arbitramento
ſilēdo:niſi appareat de ipſorum diligentia:
7 & negligētia arbitratoris.†Quod autem ſ.
